Unde verbum veritas STh quod est definitio, compositio,  
divisio derivata ab intellectione sicut imaginatio est  
derivata a sensatione, faciunt esse aliquam terminam  
in quo res contempletur -- Iam hic terminus confunditur  
cum termino actionis, et vocatur species expressa --  
unde disputatio utrum actio vel qualitas sit intellectio

la 85, 2 *Spissim*  
la 85, 2  
De Ver 8, 5



Quaenam sit ista mirabilis dispositio qua intellectus intelligit sine commensuratione ad rem scitam

Dupliciter respondetur: alii; P. de la Taille

**Alii:**

non requiratur species impressa: scilicet aliqua determinatio scdm quam potentia intelligibile fit actu intelligibile  
non requiritur species expressa: scilicet aliquis terminus intrinsecus productus ab actione immanente  
sufficit ipsa intellectio

quae quando producit terminum est actio praedicamentalis dictio, prolatio verbi mentalis (Sth definitio compositio divisio) eg universale reflexum BLone gen

quae quando non producit terminum est actio transcendenalis et in praedicamento qualitatis

ita Thomistae; scdm Suarez semper producit terminum qui tamen non est stricto repraesentativus saltem in visione et haec intellectio non est stricto repraesentativa

Lennerz citat Palmieri De Novissimis 1908 p 169ss

"estne certum actum cognitionis prout praescindit a verbo ab ea procedente, esse similitudinem obiecti cogniti? Nescio quomodo id probetur; nam quod similitudo cognitorum geramus in mente, id referendum est verbo mentis quod sibi mens fingit, cum obiectum non est praesens vel illud recogitat. Et re quidem vera in simplici cognitione, praecisione facta a verbo, non apparet nisi vitalis quaedam apprehensio rei: cur haec apprehensio sit similitudo non apparet: secus autem quorsum verbum supervenit? Hinc simplicem cognitionem esse similitudinem non concedunt ii theologi qui ideo negant a beatis produci verbum, eo quod nulla possit esse similitudo Deum repraesentans qualis est in se, cuiusmodi sunt Thomistae, qui non negant beatis actum intellectionis"

Eadem solutio pro parte Suareziana afferri posse affirmatur a Lennerz

Attamen requiritur similitudo aut nulla cognitio

1o. Vanum est amotio verbi: S Thomas requirit similitudinem in specie intelligibili suo sensu intellecta, scil., in ipsa directa cognitione intelligibilis -- la 85 2 et 3m ubi corp de specie intelligibili, ad 3m de verbo tanquam de alio aliquo

2o. per quam intellectus intelligit, quo intelligit: agitur non de potentia praerequisita (species impressa sensu recentiore) sed de causa formali ipsius cognitionis

2o. Requiritur similitudo secus non est ratio cur hoc cognoscatur potius quam illud; similitudo ex parte pot vis

Praedicatio circa actum illimitatum.

6 con'd

*Duplex communicatio perfectiois → ita ut perfectio<sup>is</sup> limitatur  
→ ita ut perfectio in se non limitatur* (2)

Extensio quaedam notionis actus et potentia requiritur: ita ut non solum datur actus, potentia, eorundemque coniunctio quae est actuatio simplex sed etiam, in reddito ad ipsum Deum uti in se est, habeatur actuatio finita potentiae finitae per actum infinitum, ubi ipsa actuatio neque est potentia finita, neque ipse actus infinitus; sed realitas quaedam finita in potentia recepta cuius sit facere ut verum sit actum infinitum se communicare potentiae finitae.

Quae communicatio actus infiniti (actuatio finita per actum infinitum) est gratia santificans, lumen gloriae, et gratia unionis (esse secundarium in essentia hac humana receptum)

De La Taille, RSR, 1928, pp. 253-268

/129-145

Revue Apologetique, 25 t. 48 (1929) pp. 5-26/

Duplex ergo est species actuationis:

- a) actus recipitur in potentia et limitatur a potentia et ideo potentia actuatur ad talem actum  
quae actuatio nihil est nisi et potentia et actus in compositione reáli
- b) actus neque recipitur in potentia neque limitatur a potentia et tamen se communicat potentiae et actuatur potentiam ad talem actum  
quae actuatio involvit tertium quid, nempe, ipsam communicationem quae est  
"ens quo sui generis"  
ad modum actus potius quam ad modum potentiae recepta in potentia et limitata a potentia  
non tamen ad actuandam potentiam ad se ipsum sed ad actuandam potentiam relate ad alium actum pra-existentlem increatum illimitatum et tamen communicatum

N.B. Haec actuatio quae est communicatio actus illimitati et illimitabilis non explicat; est notatio metaphysica ad denotandam veritatem talis communicationis

Ponitur haec actuatio non ex lumine rationis naturalis sed ex suppositione veritatum fidei; scilicet quoad nos sine fide non constat omne verum non posse verificari sive in actu puro sive in compositione actus et potentiae; per fidem casus exurgit ubi actus purus comunicatur potentiae; unde elucidanda, extendenda est metaphysica.

## Praedicatio circa actum illimitatum

1. Metaphysica est determinatio "entium quibus" quae respondeant et verificent propositiones  
Quae "entia quibus" sunt, generice, actus et potentia, specificè vero, existentia, essentia, substantia, accidens, forma, materia, etc.  
Correspondentia vero et verificatio in eo est quod in quantum propositio dicit perfectionem actus habetur, in quantum propositio dicit determinationem perfectionis seu eiusdem limitationem, potentia habetur.
2. Unde quaestio seu problema de praedicatione circa actum illimitatum: simplex enim cum sit et absoluta perfectio, nullum determinans, nullam potentiam admittit; unde ne praedicationem quidem praeter "est" admittere videtur.
3. Triplex partialis solutio est huius problematis: primo circa ea quae realiter Deo sunt intrinseca; secundo circa ea quae realiter Deo sunt extrinseca; et haec iterum dividuntur secundum processum rerum a Deo et earundem ad Deum reditum.
4. Circa ea quae Deo sunt intrinseca habetur nota distinctio inter ea quae praedicantur cum fundamento in re et ea quae praedicantur cum fundamento in modo concipiendi praedicantis; unde dicimus Deum esse ... non quod hoc attributum distingui possit ab ipsa Dei essentia sed quod in quantum clare et distincte hoc attributum concipimus, distinctum ab essentia concipimus.
5. Circa ea quae Deo sunt extrinseca secundum processum rerum a Deo, dicimus Deum scientia visionis hoc cognoscere, voluntate consequente velle, et de facto efficere; non quod contingens quaedam cognitio, volitio, actio realiter Deo inesse creditur sed secundum denominationem extrinsecam; id quod fit non solum circa Deum sed circa quamlibet causam in quantum causam.
6. Circa ea quae Deo sunt extrinseca secundum reditum ad Deum, alii reditus ad ipsum Deum prout est in se non pertingunt et in his nulla difficultas; alii vero reditus ad Deum prout est in se pertingunt, et de his quaestio ponitur. Quomodo enim dici potest, hunc hominem esse Deum, hunc hominem videre Deum, hunc hominem esse teknon theou, consortem divinae naturae (koinonon).

De lumini gloriae

Lumen: causa cognitionis, ex analogia visionis sensibilis

Tripliciter lumen a theologis distinguitur:

lumen naturae: naturalis ratio

lumen gratiae: fides

lumen gloriae

Quae tripliciter accipi potest

ipse Deus quatenus facit se videri et praebet se videri

auxilium quo visio possibilis redditur creaturae

ipse actus visionis, quia clara cognitio "lumen" dicitur

eg lumina in meditatione

- 1 Aliqui de quibus Gregorius Arlensis (1358) In 2 d 7 q 2 a 1,  
contra 2m partem 3ae conclusionis (Venetiis 1522 fol 55 Q)

Visio beatifica non est visio creata sed increata

secus visio corruptibilis quod est contra rationem beatitud

Etiam argui potest: actus finitus non proportionatur obiecto

infinite

Ita forte Henricus Gandavensis, Ioannes de Ripa, alii

- 2 Thomassini lib 6 c 16 De Deo

vis et potentia qua videtur est SpS; species in qua videtur

est ipse Filius; non videtur Deus nisi a Deo; et tamen

mens creata sub hac specie et in hoc lumine dilitescens

Deus videt

- 3 Guilelmus de Ockham, Durandus, (?Pauludanus)

actus quo videtur est creatus, sed totus a Deo producitur

et creaturae infunditur

hic modus videtur similis actui quo volutus finem scdm

S Thomam, in quo mens est mota et non movens

Lennerz autem obicit: actus ab alio productus et infusus

non est actus immanens subiecti

Ipse obicit: remanet difficultas, num Deus infundat infinitum

- 4 Aliqui scdm Suarez (lib 2 c10 nr 9) dixerunt lumen gloriae

non esse habitum perficientem potentiam sed novam potentiam

Lennerz obicit: non actus vitalis nam non sufficit ut

anima sustentat aliquam potentiam extrinsecus adiectam.

Ipse obicit: reddit vera difficultas, nam aeque difficile

visio Dei admittitur in ad adiecta potentia quam in iam

habita

## Sententiae de visione beatifica

1. Suarez creatum  
datur verbum/repraesentativum, propter operationem vitalem  
~~ipsam~~ et propter naturam cognitionis  
ipse Deus est species intelligibilis, sed de potentia  
Dei absoluta potest dari species intelligibilis  
creata ad Deum intuendum sicuti est
2. Schola thomistica recentior  
Deus est et species intelligibilis "quo" et verbum  
"in quo" visio beatifica  
At requiritur operatio immanens quae est qualitas  
actio immanens et ideo qualitas et non similitudo  
proportionata
3. Caietanus  
Videtur sequi STh  
At non accipit positionem de angelis
4. Capreolus ?  
qua cognitio, nullus alius actus  
qua beatitudo quae est operatio, alius actus

De ratione formali obiectiva visionis beatificae.

DB 1795 Duplex ordo cognitionis

naturalis: principium, naturale rationis lumen  
obiectum, philosophia, scientiae

supernaturalis: principium, fides divina  
obiectum, mysteria abscondita in Deo

DB 1796 aliquam Deo dante mysteriorum intelligentiam  
cp. 1a q 87 a 1 ad fin "Est autem differentia inter has  
duas conditiones" etc.

Unde duplex theologia

{positiva: quae determinat quatenus sint revelata  
scholastica: quae est "fides quaerens intellectum"

NB haec fructuosissima "si sedulo, pie, sobrie"

haec manet: Denzinger, Rouet, imo SScr memoriter et  
retineri haud possunt sine definitis quae sup spec

haec transfundit vitam supernaturalem per intellectum  
in totum hominem, in directionem aliorum (Teresa)

Entendit positivam analogiam: utitur definitionibus et Assibus; non erant de praesuppositis speciebus

Methodus theologiae scholasticae intelligitibus ex quibus verbum veritate

a) ex eorum quae naturaliter cognoscit analogia

b) e mysterium ipsorum nexu inter se et cum fine ultimo hom

Analogia: a) variae metaphorae, expositives rhetoricae

ad usum praedicatorum -- improprie dicta

b) proprie dicta -- quae est fons et criterion  
omnium metaphorarum -- metaphysica quae omnes  
naturas quasi uno intuitu perscrutatur

Unde

(a) metaphysica in se -- analogatum minus

(b) metaphysica extrapolata ad perscrutandum analogatum Im

a) Metaphysica in se

questio est semper eiusdem formae

Veritas est adaequatio intellectus et rei

Atqui datur talis propositio vera

Ergo datur aequalis quaedam ratio formalis obiectiva

Exempla

Socrates existit: actus existentis limitatus per essentiam

Socrates potest cognoscere: potentia cognoscitiva in  
essentia existente

Socrates actu cognoscit: actus limitatus per potentiam  
cognoscitivam quae inest essentiae existenti

De ratione formali obiectiva visionis beatificae (2)

Methodus generalis in metaphysica naturali  
Actus purus et actus limitati per potentiam  
actus limitati aut in potentia essentiali aut accidentali

- b) Transitus de metaphysica naturali ad extrapolatam  
Mysteria divina excedunt categorias metaphysicae naturalis  
DB 1796 "nunquam tamen idonea redditur..."

Ratione:

In metaphysica natu aliter nota actuatio est compositio  
actus et potentiae; et compositio in eo est quod actus  
recipitur in potentia et ab ea limitatur

Unde in metaphysica naturali non datur modus quo ipse  
actus purus, prout est in se ideoque sine limitatione,  
creataris se communicat.

Nam si omnis actuatio est per compositionem, si omnis  
compositio est per limitationem actus, tunc nulla  
actuatio est per actum illimitatum qua illimitatum

- c) Afirmatio metaphysicae extrapolatae  
Fide scimus ipsum actum purum se communicare sicuti est  
unio hypostatica: hic homo est Deus  
ergo actus existendi illimitatus ae  
gratia sanctificans: hic homo est consors divinae naturae  
ergo elevatio essentiae, naturae limitatae ad ipsam  
essentiam et naturam illimitatam  
visio Dei immediata: hic homo videt Deum sicuti est  
ergo actus potentiae cognoscitivae quo communicatur  
ipse actus illimitatus

- d) Distinctio duplicis actionis  
a) alia actuatio est naturalis scdm quam actus in  
potentia recipitur et ab ea limitatur  
b) alia est actuatio supernaturalis scdm quam actus  
illimitatus se communicat potentiae quin ab ea  
limitetur, quin in ea formaliter recipitur in unitatem  
naturae  
nam in Xto natura divina et humana manent distinctae  
in iusto multo magis: fimus deiformes sed non Deus  
in visione: cognitio Dei non fit nostra, non compr

### De Ratione Formali et Obiectiva Visionis Beatificae (3)

#### De Actuatione Supernaturali

a) non plane intelligimus DB 1796

sed methodice ad analogiam eorum quae naturaliter cognoscuntur mysteria exprimus et ad aliqualem intelligentiam ex ipsa analogia sic clare proposita pervenimus

b) et primo hoc intelligimus

Si actus purus communicatur potentiae alicui vero et realiter, tunc requiritur aliqua entitatula scdm quam obiective verum est quod actus purus huic potentiae communicatur

Veritas enim est adaequatio intellectus et rei

Ergo cum contradictoriae sint propositiones "beatus videt Deum" et "damatus non videt Deum" etc., adest aliqua realitas obiectiva quae fundat per suam praesentiam vel absentiam fundat has propositiones contradictorias

c) deinde etiam hoc intelligimus

Si datur talis entitas, realitas, tunc aut ponitur in ipso Deo vel in potentiae cui Deus communicatur Atqui non in ipso Deo immutabili

Ergo in potentia cui Deus communicatur

d) tertio hoc intelligimus

ista-entitas-est-~~propria~~-sui-generis

ista-entitas-se-habet-in-generis-dispositionis

dispositio-enim-est-realitas-in-potentia-accepta-in-ordine-ad-aliam-realitatem

Ista entitas est sui generis

non est simpliciter potentia: nam in potentia recipitur ideoque habet rationem actus

non est simpliciter actus: nam non perficit potentiam communicando propriam perfectionem, sed perficit communicando perfectionem alterius, scil. Dei

non est simpliciter dispositio: aliae enim dispositiones sunt mediae inter potentiam et actum, et recipiuntur in ordine ad ulteriorem actum recipiendum; sed haec dispositio quavis media inter potentiam et actum, tamen formaliter constituit communicationem ipsius actus ultimi et infinite perfecti

si recipitur: Deus iam communicatur et amplius <sup>ut inquit</sup> haberi non potest

si non recipitur: Deus non solum non communicatur sed infinite abest



De Ratione Formali et Obiectiva Visionis Beatificae (4)

De actuatiōe Supernaturali

e) quarto hoc intelligamus

Ista entitabula est absolute supernaturalis //bilis  
scilicet excedit proportionem cuiuslibet substantiae crea-  
Nam ipsa non est substantia, sed est ens quo actus purus  
potentiae creatae communicatur; supponit duas substantias  
easque vel substantialiter vel accidentaliter unit  
Ergo non est substantia creabilis

Preterea, excedit proportionem cuiuslibet substantiae  
creabilis: nam omnis substantia creabilis est potentia  
quaedam essentialis limitata; ergo non habet proportionem  
ad illimitatum; ergo non habet proportionem ad id quo  
formaliter communicatur actus illimitatus.

f) quinto hoc intelligamus

non repugnat communicari ista entitas creaturae  
Etsi enim excedat proportionem cuiuslibet substantiae  
creabilis, excedit istam proportionem in se spectatam  
Quod vero excedit aliquam proportionem in se spectatam  
non excedit Deum una cum ista proportione  
Putat A non proportionatur O  
Sed O proportionatur O  
Ideoque O et A proportionantur O

Mysterium ipsorum nexu inter se et cum fine hominis ultimo

Iam vero non solum habemus analogiam ex naturaliter notis  
Sed etiam habemus nexum mysteriorum inter se et cum fine ul-  
timo

Analoga cum natura:

actuatio per compositionem  
actuatio per communicationem  
ipsa communicatio fit per actum receptum quo formaliter  
actus purus communicatur

Nexus mysteriorum inter se:

Essentia humana actuata per communicationem  
Essentia humana sine actu proprio existendi actuata in  
linea existendi per communicationem Dei: unio hypostatica  
Essentia humana existens actuata accidentaliter per  
communicationem Dei: consortium divinae naturae  
Intellectus humanus actuatus per communicationem Dei:  
visio beatifica  
Primum propter secundum: incarnatio propter redemptionem  
Secundum propter tertium: gratia in hac vita, gloria in aeternum

De Ratione Formali et Obiectiva Visionis Beatificae (5)

Mysteriorum nexus

Corpus Xti mysticum

sicut corpus humanum est receptio formae per se subsistentis  
in materia organizata

ita corpus mysticum est ~~max~~ communicatio formae per se  
subsistentis

substantialiter in capite

accidentaliter in membris

unde PP. SpS est anima corporis Christi mysticum

STh. appellat ad receptionem animae in corpore ut  
explicit visionem beatificam

Hic nexus non solum mysteriorum inter se sed etiam cum  
fine ultimo; nam ultimus finis includitur tanquam ultimus  
terminus in nexu

Dicimus ergo

gratiam unionis

gratiam sanctificantem

lumen gloriae

esse entia quibus Deus uti in se est potentia creatis  
formaliter communicatur tanquam actus eorum, actus actuans  
sed non actus receptus in unitatem naturae neque actus  
per potentiam recipientem limitatus

esse entia absolute supernaturalia

dare aliquam intelligentiam eaque fructuosissimam e  
analogia eorum quae naturaliter cognoscuntur et e mysterium  
nexu in se et cum fine hominis ultimo

De Ratione Formali et Obiectiva Visionis Beatificae (6)

At ulterius quaeritur, num sola ista entitas ~~creata~~ (qua formaliter communicatur actus purus tanquam actus actuans intellectum creatum) ~~requiritur~~ ut beatus vere et realiter Deum sicuti est immediate videat.

Affirmative respondetur modo praesupponenda supponantur  
Requiritur enim ipse beatus seu subiectum seu principium quod visionis

Requiritur praeterea intellectus beati seu principium quo visionis

At his suppositis solum lumen gloriae requiritur et sufficit ut vere et realiter beatus immediate Deum videat  
modo lumen gloriae definiatur tanquam ens ~~quod formaliter~~ Deus in intellectu creato receptum quo Deus formaliter communicatur potentiae tanquam actus actuans eiusdem

Nam actus cognitionis intellectualis nihil aliud postulat nisi subiectum

intellectus

actio eiusdem intellectus

quae sunt formaliter constitutiva actu cognoscentis

Et haec est doctrina STh <sup>d. in genere: theoria cognitionis quae dicitur</sup> <sub>in specie: supra oblium</sub>  
la 12 a 2 ad 3m "per se ipsam faciens intellectum in actu"  
CGent 3 53 per hoc quod facit intellectum patientem actu  
intelligere

quodl 7 q 1 a 1 ad 4m, corp, ad 1m

De Ver q 18 a 1 ad 1m

Caeterae autem sententiae stare non possunt

1/ Sententia Suarezii in eo deficit quod tollit distinctionem inter cognitionem immediatam et mediatam: si enim cognitio visionis est per similitudinem creatam, cum nihil Deo simile (nam in genere non est), haec cognitio non differt a cognitione Dei quam habemus nunc per seculum scilicet in effectibus creatis aliquo modo imperfecto et analogice Deo similibus

2/ Sententia scholae thomisticae recentioris multipliciter repugnat

Non enim datur operatio sine termino, nam operatio nihil est nisi terminus prout ab alio procedens

Neque datur cognitio <sup>in actu</sup> forma cogniti sive realis sive intentionalis: secus non haberetur ratio sufficiens cur hoc cognoscatur et non illud

Et prorsus sufficit ad actualem intellectionem quod intellectus forma rei cognitae actuatur: intelligere est pati

De Ratione Formali et Obiectiva Cognitionis Beatificae (7)

Sententia antiquorum ponentium nos cognosce e Deum per ipsum Deum eo sensu quod nos cognoscimus Deum quia Deus cognoscit se ipsum, patet esse absurdum

Cognoscimus Deum per Deum eo sensu quod Deus est ens quo actuans intellectum nostrum, ita ut nos cognoscere Deum etiam si Deus se ipsum ignoravit C  
Ego cognosco quia alius cognoscit N nam non se uatur

*Lam ponimus formam cogniti immutabilem esse formam cognoscentis*

~~Attamen obicitur: Seda dicta visio est passio~~

~~Intelligere est operari immanenter~~

~~Atqui pati non est operari immanenter~~

~~Ergo pati non est intelligere~~

2 / Seda dicta visio Dei est passio intellectus atqui intelligere non est pati sed immanenter operari ergo visio Dei seda dicta non est intelligere

Nego suppositum minoris

quod pati et immanenter operari opponuntur exclusive

Aristoteles: intelligere est pati quoddam la 79 2<sup>a</sup>

sensus est potentia passiva la 78 3<sup>a</sup>

*Operatio effectus: qui producit operatum  
Operatio immanens: participat subiecti, actus  
in actu*

*perfectio operantis*

1 / Seda dicta visio Dei est ipse Deus atqui hic est error anti uorum

*4<sup>o</sup> doc. panem uoluntate de  
huphici motu  
relata uoluntate in p. h. h.  
actus uoluntatis in actu  
sicut uoluntatis, ut, uelle*

Distinguo maiorem

est ipse Deus per se solus, N

est ipse Deus prout intellectui communicatus et intellectum actuans actu intelligendi, subdistinguo

ita ut ipse Deus sit principium quod intelligit N

ita ut ipse Deus sit principium quo intellectionis

iterum subdistinguo

principium quo subiectivum N

principium quo formale et obiectivum C

Contra distinguo minorem

3 / Instatur: intellectio non est pati et probatur

Intelligere est actus vitalis

at ul actus vitalis procedit ab intrinseco non in quantum subiectum patitur sed in quantum subiectum aliquid ad

ipsum actum conferat: cp flagellari et sentire dolorem

transiens

*immanens aliquid  
addit ipse subiectum  
si flagellatus manus, nihil  
doloris*

De ratione formali et obiectiva visionis beatificae (8)

Ergo intelligere non est pati

Resp (1) conclusio contra Aristotelem et STh non est  
magis momenti

(2) concedo maiorem et distinguo minorem

Ratio vitalitatis mensuratur scdm singulos actus singulorum  
entium quibus vivens est, N *(a q 18. 2 corp, a 1 ad fin, a 3 corp*

mensuratur scdm quod subiectum ex sua  
natura est aptum natum ad actus immanentes producendos C

Scilicet: id quod vivit non est hic vel ille actus sed  
subiectum

et subiectum vivens non est vivens quia omnia  
in eo sunt ab ipso subiecto sed quia hic vel ille actus  
in eo potest esse ab eo

Prior pars est manifesta -- homo vivit et intellectus eius  
non vivit neque moritur

Secunda pars facile demonstratur -- substantia est ab alio;  
existentia est ab alio; potentiae accidentales sunt ab  
alio, nam substantia non est principium operationis;  
actus accidentales quibus alios actus producit sunt ab  
alio, nam omne agens agit quatenus iam actu est, ideoque  
non agit quatenus potentia est

Resp (3) in vita supernaturali vita nostra est nostra in  
quantum vita Dei nobis communicatur

unde vita supernaturalis mensuratur non scdm  
hoc vel illud subiectum sed scdm totum corpus mysticum  
quod quidem est maxime vivens

nam anima est Deus qui est ens a se

caput et membra per fiuntur per ipsum

Deum qui ea ad se attrahit et adsumit, ~~se~~ movens omnia  
quin ab alio moveatur

Resp (4) sicut essentia humana ab subiecto non est

ita etiam gratia sanctificans elevans ab eo non est

sicut potentiae accidentales fluunt ab essentia  
non quod efficiuntur ab essentia sed quod proportiona  
exigentur, ita etiam habitus virtutum haec in vita  
et lumen gloriae in vita aeterna fluunt a gratia  
sanctificante, non quod ab ea proceduntur sed quod  
ab ea proportionate exiuntur.

*Habere speciem est copiosius non actu sed habitu - vide ff.*